



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXLIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

ut in statuto, non tñ sequitur pp hoc, q vtrinq; con-
iunctus ex dicto statuto debeat excludere consan-
guineum, tum quia hi sunt casus diuerſi, tum quia
ratio, quare excluditur mater, & ascendens per li-
neam matrem, non militat ad excludendum con-
sanguineum fratrem, per quem ita conseruari pōt
agnatio, & familia, sicut per vtrinq; cōiunctum, tñ
ē quia de matre, & ascendente per eam est expre-
sē prouisum per statutu: sed q consanguineus, ex-
cludatur per vtrinq; coniuñctum, nō est prouisum
per statutum, ergo remanet istud sub dispositione
iuris, vt in statuto; & argum. l. commodissimē. ff. de
liber. & posth. & in l. i. cum dotem in prin. ff. soluto
matrimonio: sed de iure qñ in succedendo est dñia
inter agnatos, & cognatos non attēditur ratio du-
plicis uinculi, sed utrinq; coniuñctus, & consangu-
ineus tñ simul admittuntur, ergo cessat fundm præ-
dictū. ¶ Vltimò nō obstat doctrina Petr. de Anch.
in d. canonum statuta de consil. quem refert, &
sequitur Alex. in addit. ad Bal. in d. auth. post fratres
la. i. Quia vltra alias rñsiones, quas ponit dominus
mencus Soc. in d. consil. 89. in 4. uolu. ¶ dico, q ipse Pe-
trus loquitur in terminis iuris cōis, qñ in succeden-
do non fit dñia inter agnatos, & cognatos, iuxta d. §.
nullam in auth. de hered. ab intest. non. n. præsuppo-
nit in casu, de quo loquitur, extare statutum, per q
fit differentia inter agnationem, & cognationē: ergo
sumus extra casum nostrū, in quo concludo, q
ad successionem fratrum præmortuorum admit-
tendi sunt simul fratres vtrinq; coniuñcti, & fratres
consanguinei tñ, non attenta ratione duplicis uin-
culi, ex quo per statutum facta fuit dñia in succede-
do inter agnatos, & cognatos. Laus Deo.

SYMMARIUM.

1. Patri intestato succedit frater, uel soror utrinq; coniuñcti ex
clisus consanguineis tantum, & statuto uocante proximiores
quoad ius succedendi, & non quoad gradum n. 3.
2. Propinquioreb. ad successionē uocatis, qui ueniunt, & n. 10.
3. Successio à iure semper defertur proximioribus.
4. Statuti uerba in dubio secundum iuris cōis dispositionem sunt
intelligenda, ut ius commune minus, quam possit, ledatur.
5. Statutum uocans fratres, seu sorores propinquiores simpliciter
præfert utrinq; coniuñctos consanguineis tantum.
6. Frater utrinq; coniuñctus, aut soror non præfertur consangu-
ineis ex latere patris tantum, ubicumq; per statutum in succe-
dendo fit differentia inter agnatos, & cognatos.
7. Idem, si propinquiores ex parte patris Statutum ad successio-
nem uocaret n. 9.
8. In successione feudi frater vtrinq; coniuñctus, & consangu-
ineus tantum pariter admittuntur.
9. Fratres, sue sorores propriè dicuntur, sue sint vtrinq; sue sint
ex vno latere tantum coniuñcti, & ambo sub statutis loquen-
tib. de fratre, & sorore simpliciter comprehenduntur.
10. Statutum loquens de propinquoib. quando solum de propin-
quiorib. in succedendo, & non in gradu intelligatur.
11. Proximitatem respectu successionis considerari in nepote ex
fratre, vt cū patruo admittatur, est speciale, at in alijs perso-
nis respectu gradus tantum proximitas consideratur.

E P I T O M E.

Soror coniuñcta ex latere patris tantum unā cū
alia sorore utrinq; cōiuncta admittitur ad suc-
cessionem fratris intestati, nullis ascendētib. & de-
scendentib. superstitib. stante statuto, qd deficienti-
bus ascendētib. & descendentib. ad bona ex parte
patris uocat propinquiores ex parte patris, & ad bo-
na ex parte matris propinquiores ex parte matris,
admittendo nepotem ex fratre simul cum alio fra-
tre in stirpem, & non in capita.

Stante statuto in Ciuitate Rauennæ huius teno-
ris, statuimus, & ordinamus, q possessiones,
quæ sunt ex parte patris cuiuslibet decedentis ab
intestato deficientib. ascendētib. & descendentib.
deueniant propinquoib. qui sunt ex parte patris,
ita q in eo ordine filius, uel nepos ex fratre cōpu-
tetur cum alio fratre in stirpem, & non in capita, &
illa, q sunt ex parte matris cuiuslibet decedentis
ab intestato, deficientib. ascendētib. & descendentib.
ut supra, & ita in gradib. ex transuerso uenientibus
hic ordo seruetur. Quidam D. Antonius, qui ex-
titit hæres patri suo, & in hereditate paterna reperiit,
& habuit q plura bona immobilia, ab intestato de-
cessit, nullis superstitib. descendētib. & ascenden-
tib. sed solum superstitib. duab. fororib. altera vcz
nuncupata D. Maria sibi tam ex latere patris, q ma-
tris coniuñcta, altera nomine Cecilia solum ex la-
tere patris coniuñcta, quæritur, an præfata D. Ceci-
lia succedere possit in bonis immobilibus paternis
unā cum d. D. Maria an uero sola D. Maria, admit-
tatur exclusa D. Cecilia.

CONSILIVM CXLIII.

Offent super hæsitacione, quæ ex prænarra-
ta facti specie oritur, multa utrinq; addu-
ci, sed ego nūc in dicenda sententia mea
qua potero breuitate utar; tum qm causa agitur
coram arbitris, seu arbitratorib. uiris ab omni par-
te doctissimis, tum qm in paucis quoq; veritas consi-
stet. Prima itaq; facie vñ dicendū, q sola D. Maria
admittatur, exclusa D. Cecilia, in primis, quia ipsa
D. Maria habet fundatam intentionem de iure cōi
¶ nouissimo, ¶ qd vocat ad successionem fratris ab
intestato decedentis fratrem, uel sororem vtrinq;
coniuñctam excluso fratre, seu exclusa sorore con-
sanguineis, hoc est ex vno tñ latere & paterno con-
iunctis, vt est rex. in auth. cessante C. de legit. hered.
& in corpore, vnde sumitur, & in auth. itaq; C. cōia
de successionib. & in corpore, vnde sumitur. ¶ Se-
cundo statutum prædictum uocat propinquiores
ad successionem, ¶ quorum appellatione ueniunt
propinquiores respectu successionis, non aut respe-
ctu gradus, vt probatur in l. cum ita §. in fideicom-
misso iuncta glo. in verbo proximo. ff. de lega. 2. q
sequuntur docto. cōiter, ut ibi hñ per Io. de Imo. &
alios, quicquid dixerit ibi Bal. qui triū tenuit, cu
ius opinio reprobatur, ut per Imo. ibi, & habetur p
Alex. qui illum textum cum glo. inducit in consil.
88. & in consil. 137. qd est idem consilium de uerbo
ad uerbum in 1. uol. & refert, & sequitur Decius in
consil. 299. in 3. col. & satis hoc ostenditur ē ex di-
spōitione dicti statuti, quoad uoluit, propinquo-
res esse admittendos, ita q in eo ordine filius, uel
nepos ex fratre computetur cum alio fratre & c. Et
sic constat, statutum uocare propinquiores in suc-
cedendo, non autem propinquiores in gradu, quia
& si frater sit in gradu propinquior, quam sit nepos
ex fratre, cum frater sit in secundo gradu, nepos au-
tem ex fratre in tertio, insit. de gradi in §. 2. iuncto.
§. 3. & in l. iureconsultus §. 2. & §. 3. & in l. i. ff. de gra-
di. tamen in succedendo frater non dicitur propin-
quior ipso nepote ex fratre, sed pares, seu pariter
propinqui dicuntur, & proximi, quia unā admit-
tuntur, & simul ad successionem in stirpem, & non
in capita, ut in d. auth. cessante, & ibi Paul. de Cast.
& alij. Sed ¶ quoad ius succedendi frater utrinque
coniuñctus est proximior, & propinquior, quam
sit

fit frater, seu soror ex patre tñ quamvis quoad ordinem graduū non dicatur propinquior, sed æqualis, & in pari gradu, ut d. l. i. iureconsult. §. 2. iuncta d. auth. cessante, & d. auth. itaq; ergo etiam in dispositione dicti statuti præferenda est in succedendo D. Antonio D. Maria utrinque coniuncta, nam quoad ius succedendi ipsa censetur esse propinquior, & proximior, ¶ & successio deferitur à iure semper proximioribus, ut in l. i. §. proximus, & §. gradatim ff. unde cognati, d. l. i. iureconsultus in prin. & l. 2. §. hæreditas ff. de suis. & legi. hæredi. cū simil. ¶ Tertio ¶ in dubio uerba statuti ita debent intelligi, & interpretari, ut conueniant dispositioni iuris cōis, & ut minus lædatur ius cōe, quam sit possibile. c. cum dilectus extra de consuetu. Alex. & alij in l. si. §. in computatione C. de iure deliberan. l. si serui uestri C. de noxali. & latē hñ per Bar. & alios in l. omnes populi ff. de iust. & iur. cum simi. Sed ¶ statutum uocat propinquiores simpliciter, & fratres, uel sorores utrinque coniuncti dñr, & censetur de iure cōi propinquiores & proximiores, quam sint coniuncti ex patre tñ, & tanquam propinquiores præferuntur de iure cōi coniunctis ex uno latere tñ, etiam si essent cōiuncti ex latere patris d. auth. cessante, & d. auth. itaq; cum simi. ergo & statutū loquens de fratrib. seu sororibus propinquoibus. debet intelligi fm ius cōe, uel, ut utrinque coniuncti præferantur coniunctis ex uno tñ latere. ¶ Sed tñ his non obstantibus, prout recte intuenti obstat non debent, fratri sententiam de iure arbitror ueriores esse, q̄ præfata D. Cecilia, stante dispositione dicti statuti, simul sit admittenda ad bona cum ipsa D. Maria, & ad ita concludendum moueor ex pluribus, & primo sic, ¶ quoties n. statutū in iure succedendi facit fratri inter agnatos, & cognatos, quia uelit agnatos, hoc est cōiunctos ex latere patris esse p̄ferēdos in succedēdo cognatis, & iunctis per matrem, seu ex latere matris, & p̄r per statutū recedatur à iure authenticorū nouissimo, qd tollit fratri agnatorum, & cognatorū, reducatur res ad ius antiquum etiam Codicis, quod uolebat esse fratri, ut in l. i. C. de legit. hæredi. tunc in succedendo non præferatur frater, seu soror utrinque coniuncta coniuncto ex uno tñ latere, sed simul uocantur, ut est tex. iunctis not. per Bal. ibi, & Paul. de Cast. & alios in d. l. i. C. de legit. hære. qm cum ex dispositione statuti non attendatur in succedendo coniunctio ex latere matris, quia illa facit cognatos, & non agnatos; sufficit ergo quoad succedendum, q̄ sint coniuncti ex latere patris, quæ cōiunctio facit agnatos, nam coniunctio ex latere matris est impertinens, & ideo non attendenda. Sed statutū in ciuitate Rauennæ, & de quo supra, in succedendo in bonis immobilibus paternis uocat agnatos, & non cognatos, hoc est uocat coniunctos ex latere patris, & non ex latere matris, ergo soror utrinque coniuncta non erit præferenda coniunctæ ex uno latere tñ : & ita in terminis per illam doctrinam Bal. & aliorum in d. l. i. uoluit insignis præceptor meus Soc. in consi. 25. in fi. uerbis in 3. lib. ¶ Et suadentur præmissa ex ijs, quæ dñr in materia feudali, ¶ nā in succedendo in feudis antiquis fit fratri inter agnatos, & cognatos, quia solū agnati admittuntur, Bal. post alios in d. l. i. & ideo in successione feudi pariter admittuntur, & simul frater utrinque coniunctus, & coniunctus ex latere patris tñ, ut hñ per docto. in d. l. i. & est ipsa ueritas fm Bal. ibi post Iacobū de Ardizo. in sua summa, qm quoad succedendū in feudis, ut dictum est, non cōsideratur caput unde cognati, sed solū unde agnati; ergo ubicunq; in succedēdo fit fratri inter agna-

tos, & cognatos, ut quia agnati præferantur cognatis, soror, uel frater utrinque coniunctus non præferatur fratri coniuncto ex latere patris tñ, d. l. i. C. de legi. hære. quia coniunctio ex latere matris est impertinens. ¶ Secundo ¶ statutum Rauennæ ad bona immobilia paterna uocat propinquiores ex parte patris, sed soror utrinque coniuncta ipsi fratri de functo non est propinquior sorore coniuncta ex latere patris tñ, sed pariter dñr coniunctæ, & ambæ sunt propriæ sorores, qm q̄ soror sit coniuncta ex latere patris tñ, non facit, quin dicatur propriæ soror sicut est utrinque coniuncta, sed facit, & denotat differentiam inter unam, & aliam l. i. iureconsultus, §. 2. ubi casus ff. de gradib. & hñ per Soc. in d. consi. 25. faciunt not. per Bar. in l. lucius, §. quæsitum. ff. de lega. 3. per tex. in d. §. secundo, qui sentit, q̄ primi fratres, seu sorores, siue utrinque coniuncti, siue ex uno tñ latere, puta patris propriæ, & uerè sint fratres, & ideo statutum faciens mentionem de sorore, seu de fratre, intelligitur de sorore, seu de fratre simpliciter, qui propriæ est frater, & nō de patruale, ut uolunt Bal. in c. i. de feudo Marchie, & in Liubemus in fi. C. ad Treb. in c. quæ in ecclesiarij de constit. Ang. in l. i. ff. de inoffi. testa. & Ioan. de Imo. in l. i. §. dotali, & ibi latē per Alex. ff. solu. matri. per d. l. i. iureconsultus §. 2. qui tex. loquitur tam de fratre, seu sorore ex latere patris tñ, q̄ ex utroque latere coniunctam de cum soror coniuncta ex latere patris tñ ita sit propriæ soror, sicut coniuncta ex utroque latere, & ita sit proxima, & p̄pina fratri, sicut soror utrinque coniuncta d. §. 2. sequitur, q̄ pariter cum sorore utrinque coniuncta includitur in statu faciente mentionē simpliciter de sororibus, seu de propinquoibus, quia statuta propriæ intelliguntur, & p̄pina recipiunt interpretationem l. 3. §. hæc uerba. ff. de negotijs gestis. c. in nostra de iniurijs, & damnis datis, & tradit Bart. in l. omnes populi de iustit. & iure. ¶ Adde, q̄ non est dare rationem diuersitatis, stante statuto, per qd fit, seu inducitur fratri inter agnatos, & cognatos, quare magis præferatur soror utrinque coniuncta ad successionem fratris, q̄ soror cōiuncta ex latere patris tñ, tum quia q̄libet est agnata, & quelibet est propriæ soror, & utraq; pariter propinqua d. §. 2. & est uerissimum, tum quia agnatio non magis conseruatur per uiam, q̄ per aliam, in qua ratione conseruationis agnationis dñr fundatū statutum, ut habetur per Bal. in l. maximum uitium C. de libe. prateri. ergo idem ius dicendum est esse in utraq; argu. l. a titio. ff. de uerb. oblig. & ratio duorum uinculorum non militat, ut præferatur utrinque coniuncta iux. d. auth. cessante, & d. auth. itaq; C. cōi de successione, stante fratri in succedendo in bonis paternis inter agnatos, & cognatos, ut uolunt Bal. Paul. de Cast. & alij in d. l. i. C. de leg. hæred. & Soc. in d. consi. 25. in fi. uerbis, prout in terminis nostris dicta fratri extat, & introducta est per statutum ciuitatis Rauennæ quoad succedendum in bonis paternis. ¶ Et sequendo hanc conclusionem, q̄ puto esse ueriores, & æquiores, superest, ut adductis in fratri singulariter, & expressè rñdeamus, quia ex prædictis satis possit rñsio colligi. Et in primis nō obstat, q̄ de iure cōi D. Maria soror utrinque coniuncta habet fundatam suam intentionem p̄ duplex uinculum agnationis, & cognationis d. auth. itaq; cum simi. quia rñdetur, nos non loqui de iure cōi, fm quod deberet præferri D. Maria, sed fm ius statutorum ciuitatis Rauennæ, quo iure pariter, & simul admitti debent, ut est ostensum per ea, quæ dicta sunt in 1. & 2. fundamento per not. per Bal. & Paul. de Cast. in d. l. i. & per Soc. in d. consi. 25. in fin. uerb.

uerō. ¶ Non obstat fm argm in trium formatū, qd statutu loquēs de ppinquiorib. intelligi dēt de ppinquiorib. in succedendo, non aut de propinquierib. in gradu per ea, q uolunt Alex. in consi. 88. & in 261. 37. in 1. uol. Dec. in consi. 299. in 3. col. & probat per tex. in d. cum ita §. in fideicommissio, iuncta gl. cū qua pertranseūt lo. de Imo. & alij ibi cōiter, & Ale. in d. consi. & in l. haeredes mei §. fin. ff. ad Treb. Quia respondeo t hoc uerum esse solum ad effectum, ut nepos ex fratre succedat unā cum patruo suo, qm & si nepos non sit in eodem gradu cū suo patruo, sed in remotiori d. auth. cessante, tñ quo ad succedendum simul admittit cum patruo, quia subrogat in locum patris sui, & in gradum illius, nec per nepotem ex fratre, qui admittit cū patruo ad successiōnem, corrumpit gradus, sed repræsentatur, ut dicit Bal. in l. 1. in 3. col. C. de secun. nup. & est spale in nepote ex fratre quo ad succedendum ab intestato fratris patris sui, secus est in alijs personis, & in orb. alijs casib. & quo ad alium effectum, ut in terminis dicit Pau. de Cast. post alios in d. auth. cessante, & probat fm eum, nā licet frater habeat querelā inofficiosi testamenti, qā frater instituit turpem personā l. fratres C. de inoff. test. non tñ sic filius suus, hoc est nepos ex fratre, ut in l. fratris eo. tit. & probatur p tex. in d. auth. post fratres C. de legi. har. & ibi Pau. de Cast. & alij, & per Bar. in l. 2. §. haereditas cum simil. ff. de ius. & legi. har. ubi ultra nepotem ex fratre nullus est in succedendo succedit, seu subrogat in locum patris sui, & sic quoad effectū succedendi spale est in nepote fratris, ut consideretur proximitas nō re spectu gradus, sed respectu iuris succedendi, nō tñ de iure cōi, quantum ēt ex forma statuti ēt ciuitatis Rauēnae, de quo supra: secus est in alijs personis, & quoad alios effectus, ut per Pau. de Cast. in d. aut. cessante, ergo infertur, q in casu nro propinquieres & proximiores considerandi sunt respectu graduū, cum non simus in nepote ex fratre, sed in alijs personis, hoc est in sororib. quæ propriè sunt sorores, & pariter propinquæ, & in eodē gradu, & inter quas non pōt considerari diuersa rō, & maximè rō conseruandæ agnationis, ut dixi sup. quia q spale est in uno casu, trium regulariter est in alijs l. ius singulare ff. de legib. & hī per Pau. de Cast. in d. auth. cessante. Considerauit ergo statutum propinquitatem in casu nro respectu graduū in alijs personis, præter q in nepote, quem uoluit posse succedere unā cū patruo suo, quamuis sit in remotiori gradu, & in nepote ex fratre hoc est spale, ut per Pau. de Cast. in d. auth. ergo secus est in alijs personis, ut uoluit Paul. ibi, v. 3. q propinquitas consideretur respectu graduū, sed in casu nro soror utrinq; coniuncta, & soror ex latere patris tñ sunt in eodē gradu, & equè propinquæ, ut sup. ergo pariter, & simul debent admitti ad successiōnem fratris ex dispōne dicti statuti, q uocat simpliciter ppinquiores. ¶ Non obstat, q per statutum nepos ex fratre, qui est in remotiori gradu, uocat unā cū suo patruo ad successiōnem, ergo propinquitas non consideratur respectu graduū, sed respectu iuris succedendi ad tradita q Alex. in dd. consi. & per Dec. & alios, de quib. sup. quia respondet, ut dictum est, spale esse in nepote ex fratre, in quo Alex. & alij loquuntur. Non obstat tertium argm, q statuta semper recipiunt interpretationem à iure cōi, ut intelligatur fm ius cōe, ut q; minus lædant illud iurib. palleq. ergo debet in casu nro intelligi statutum de propinquierib. salua prærogatiua duorum uinculorum, v. 3. q soror utrinque coniuncta pferatur sorori cōiunctæ ex patre tñ d. auth. itaq; & c. quia dico, q ex pdictis colligit respō

sio multipliciter, primo q ex quo statutum uocat simpliciter propinquieres, soror coniuncta ex latere patris tñ simul debet admitti cū sorore utrinq; coniuncta, tum quia qlibet est in eodem gradu, & equè propinqua, & utraq; est propriè soror, ut in d. l. iure consultus §. 2. & dictum fuit, tum ēt quia non est dare rōnem diuersitatis inter unam, & aliam, cū agnatio non magis conseruari possit per unam, q per aliā, tum ēt quia qlibet est agnata, ergo & c. Secunda responsio est, q statutum, de quo sup. nō pōt intelligi in terminis iuris cōis, ut pferatur soror utrinq; coniuncta sorori coniunctæ ex latere patris tñ pp duplex uinculum, q concurrat in utrinq; coniuncta: nā ex quo statutū quo ad effectum succedēdi in bonis immobilib. paternis uoluit esse differentiam inter agnatos, & cognatos, sequitur, q ius cōe nouissimum, q uult utrinq; coniunctam esse pferendā, non pōt hīc locum, quinimmo coniuncta ex latere patris tñ pariter pōt succedere cum utrinq; coniuncta, non considerato duplici uinculo, v. 3. non considerata coniunctione ex latere patris, & ex latere matris, quia in casu isto hæc coniunctio ex parte matris est impertinēs, stante dīa agnationis, & cognationis inducā à statuto; & iō sola cōiunctione ex latere patris considerata, quæ est, & reperitur in casu nro in qualibet sorore, ambæ simul admitti debēt per ea, quæ hār per Bal. Pau. de Cast. & alios in d. l. 1. C. de legi. hered. & per Soc. in d. cōsi. 2. in fi. uer. in 3. uol. et plenius supra comprobaui, et ita dico concludendum esse. Laus Deo.

S Y M M A R I U M.

- 1 Frater utrinque coniunctus in successione fratris ab intestato de functi de iure cōi præferri fratri ex latere patris tñ cōiuncto.
- 2 Idem si statutum loci disponderet, q defuncto ab intestato sine filiis, vel nepotib. natis ex filiis masculis, & non habenti patrem, vel uicem paternam succedat frater, vel fratres utrinque coniuncti, vel ex latere patris tantum.
- 3 Alternatiua, seu disuncta posita inter personas honoratas qñ flet pro coniuncta, ut omnes simul admittantur, & quando secus, ut primo nominatus præferatur secundo.
- 4 Inter fratres utrinque coniunctos, & fratres ex vno latere tantum cadit affectio ordinata.
- 5 Inter disunctos primo nominatus prius punitur propter odiū ordinatum.
- 6 Dispositionis pars vna declarat aliam.
- 7 In substitutione fideicommissaria facta à patre inter plures filios institutos frater utrinque coniunctus non præferatur consanguineo tantum, sed ambo simul admittuntur, & nu. 11. & quare secus sit in substitutione pupillari nu. 10. & quare secus sit in successione intestata fratris num. 13.
- 8 Substitutio facta per hæc uerba, si sine filiis masculis decesserint portio sua deueniat & c. ar. compendiosa, & post aditā hereditatem ualet ut fideicommissaria.
- 9 Testator in substitutione fideicommissaria censetur in dubio uoluisse dispondere secundum quod ius commune, vel municipale in eodem casu dispondit.
- 10 In iure accrescendi, & in substitutione vulgari facta vni ex fratribus de alijs fratribus utrinque coniunctis non præferitur consanguineo tantum.
- 11 Legitima, & Trebellianica est detrabenda, quando filius est grauatus sub conditione, si decesserit sine filiis.
- 12 In Trebellianica filij primi gradus non possunt per fideicommissum grauari.

E P I T O M E.

F Rater utrinque coniunctus in succedendo fratri ab intestato defuncto præferatur coniuncto ex latere patris tñ, et statuto loci disponente, q de SS fundō